

1191 carnes in Monte Cassino posite, sed ossa Pragam sunt deportata. Cui successit brevi licet tempore Watzlaus, filius antiqui, confater novi Zoberlai, spatio trium vel quatuor mensium.¹

M^oC^oXCII

Russ. f. 23
1192 Facta sunt hec² anno² verbi incarnati 1192, quo inchoante predictus Henricus Pragensis episcopus contra Watzlaum ducem cesarem Henricum adiit et cognatis suis Premyslao et Wadislao³ illi ducatum Boemie, alteri vero Moraviam oblinuit promittens et fideiubens pro eis sex milia marcatum.

1193 Anno dominice incarnationis M^oC^oXCIII Henricus Pragensis episcopus, qui priore anno, sicut dictum est, cognatis suis Premyslao et Wadislao, isti Boemiam et illi Moraviam oblinuerat, pro quibus tali se sponsione obligaverat, ut si tempore statuto pecuniam non solverent, ipse captivitatem imperatoris intraret et mandatis eius staret usque ad solutionem debiti. Quia necessitate coactus est dimidium preteriti et dimidium presentis anni, hoc est fere integrum annum,⁴ partim in Egra, partim in curia imperatoris consistere, cum neque imperator eum ipsum ab hac fideiussione absolveret, neque illi persolverent. Eo ibi degente domi domestici canes sibi oblatrant et ducem Premyslaum in odium eius inflammant, ita ut iam non esset sibi tutum Boemiam intrare, sed domi pugnare, foris curare.

Accidit ea tempestate, ut quidam principes de Saxonia

1) Es beginnt 3 1/2 Monate, sgl. Diefmann I, 374 f. und dort 241 ff.

2) Nämlich die Rückkehr des Königs von Frankreich zum Königtum, in der Briefzeit 1191.

3) früher König Boheims.

4) Oben nicht einmündig, s. Can. Prag. SS IX, 166 u. Diefmann I, 376.